

Q.K. 148, 17.

xix. (X 2044364) 150.

II, 810

PROPEMPTICUM JUDICIUM  
THEOLOGICUM

Za  
2897

De

SCRIPTIS

v. Calvi Fr. sig.

JACOBI BOEMI von

AltSeidenburg/ dicti Teutonici  
Philosophi:

Latum, & sub suo præsidio ad dispu-  
tandum propositum

à

TOBIA WAGNERO,

SS. Theol. Doctore, Universitatis Tubin-  
gensis Cancellario, & Ecclesiæ  
Præposito.

Die Julij,

RESPONDENTE

M. JOHANN EFRIDERICO RÆTHERO  
Tubingensi; SS. Theol. Studio in Ducali  
Stipendio.



W 29

TUBINGÆ,

Typis JOHANN-HENRICI REISL,

Anno MDC LXXIX.



117

SECRETUM

SECRETIS

JACOBI BOEMII

Philosophiae

Lecturae

TOPIA WAGNERO

Philosophiae

1717



Dr. JOHANNES WAGNER

Philosophiae

1717

Philosophiae

1717



SERENISSIMO PRIN-  
CIPi AC DOMINO,


DOMINO

RUDOLPHO

AUGUSTO,

DUCI BRAUNSWICENSI  
AC LUNÆBURGENSI,

*Domino meo Clementissimo.*

ERENISSIME PRINCEPS, DOMINE  
CLEMENTISSIME: Sicut verna avis  
hirundo nidum suum, in quo pul-  
lus fuit, non planè deserit, sed verè  
novo subinde repetit: Sic etiam ego Oppidum  
*Zellerfeldense* in Ducatu SERENITATIS SUÆ

A 2

in

in præfens repeto, in quo transactis pueritiæ  
annis quasi Pandione natus versabar, cum  
meus, *ὄν ἐν ἀγίοις*, Genitor isthuc Ecclesiæ Orga-  
nædum ageret, suamq; operam etiam SERENI-  
TATI SUÆ probaret: Causa, cur patrium hunc  
pueritiæ nidum repetam, sunt quædam meriti  
grana, à genitore meo etiam post ejus fata  
ad colligendum in residuo relicta, quæ procul  
dubio etiam SERENITATIS SUÆ clementissimo  
nutu petenti cedent; quo nomine subjectis-  
simè confido, hujus antifanatici judicii inscri-  
ptionem Eidem non inacceptam fore, maxi-  
mè etiam ob Præsidis, & Præceptoris, & Pa-  
tris mei spiritualis nomen SERENITATI SUÆ  
multis abhinc annis commendatissimum.  
DEUS, Pater Orphanorum, qualis etiam ego  
sum, SERENITATIS SUÆ Compensator erit lar-  
gissimus. Script. Tubingæ 22. Junii. Anno 1679.

*SERENITATIS SUÆ  
CLEMENTISSIMÆ*

*Devotissimus Cultor & Client*

M. Joh. Fridericus Rhæter.



PROPEMATICUM JUDICIUM  
THEOLOGICUM

De

SCRIPTIS JACOBI BOEMI,  
dicti Teutonici Philosophi.

I. **S**I ulla Seducorum in Ecclesiâ secta est, quæ exem-  
plo Satanæ, in Angelum lucis se transformantis  
in zelolos pietatis confessores se transformat,  
certè fanatica est, quæ perfectè entheata esse ge-  
stit, eâ abstractionis professione à creaturis, quæ realis  
sit, quâ ipsa *ipseitas* ( liceat uti termino fanatico ) conce-  
ptu mentis abstrahatur: *Ein wahre Gelassenheit/ und Ver-  
lassenheit der Menschlichen Selbstheit/ da sich der Mensch  
ganz in sein inwendigen Grund wendet/ und in seiner Selbst-  
heit ganz zu nicht macht; ut Boemus pag. 246. in Theos.  
Sendschreiben loquitur.*

2. Σύγχρονος fuit hujus sectæ furor statim auspiciis  
Reformationis Evangelicæ, Megalandro Lutherò ad suf-  
flaminandum hoc sanctum opus ferè tam infestus, ac in-  
festi fuerunt Papistæ & Sacramentarii, sicut libri ejus, Cœ-  
lestibus Prophetis oppositi tom. III. operum testantur;  
in quibus Carolstadius fuit τὸ σημεῖον ἀντιλεγόμενον, quem  
dehinc subsecuti fuerunt reliqui, quos inter præprimis  
Schwenckfeldius in hac orchestra Roscium egit, superio-  
ri seculo etiam Ecclesiarum nostrarum tentator, cujus

.A 3

do-



dogmata Serenissimus Dux CHRISTOPHOKUS, ex hoc Ducatu publico mandato exesse jussit; ut colligendum est aus dem zwenyten Buch des andern Theils des Epistolars von der Lutherischen Lehr und Glauben Epist. LII. fol. 673.

3. Hos inter, quorum catalogus prolixus est, post Schwenckfeldium, præprimis *Jacobus Boemus*, dictus *Teutonicus Philosophus*, hoc nostro seculo suis in scriptis caput inter nubila denuò condit.

4. Hic, referente Hornbeckio in *Summ. Contr. lib. VI. de Enthuf.* p. 456. prope Görlicium, anno 1575. à parentibus rusticis natus, & à puero pecori alendo adhibitus, postquam anno ætatis decimo literas legere & scribere didicerat, in sutorem evasit, donec anno 25. ætatis nempe anno 1600. (ut ipse quidem refert) septem dierum spacio ad cœlestia & divina contemplanda ecstasi fuerit abreprus, suppari paroxysmo decennio post, cum jam conjugatus esset, reverso; in cujus memoriam libellum, cui titulus AURORA, scripserit, quem foetum fanaticum Magistratus Görlicensis equidem in herba auctoritate suâ cohibere voluit, sed non potuit; quia citius cum fumo quis pacisceretur, ne alta petat, quàm hujusmodi crabronem suo sensu entheatum in ordinem redigeret.

5. *Aurozam* hanc post subsecuti sunt libri adhuc benè multi, quorum catalogus, quos ex aliquot librorum ejus lectione connotavi, hic est:

- |   |  |
|---|--|
| <p>1. Ein grosses Buch von 100 Bogen/ von dreyen principiis des Göttlichen Wesens und Wesens alles Wesens.</p> <p>2. Ein Buch vom dreyfachen Leben/ das 60 Bogen hat/ ein Schlüssel zu allen Geheimnissen &amp;c.</p> | <p>3. Vierzig Fragē von der Seel; hat 28 Bogen.</p> <p>4. Ein Buch von der Menschwerdung Christi/ in 3. Theil abgetheilt.</p> <p>5. Ein Buch von 6. Puncten der allergröfsten Tieffe/ wie die principia sich ineinander gebähren &amp;c.</p> <p>6. Ein</p> |
|---|--|

- |   |   |
|---|---|
| <p>6. Ein Büchlein für die Melancholy etc.</p> <p>7. Ein Buch de signatura rerum.</p> <p>8. Das Büchlein JEHIOR, oder Morgenröthe der Weißheit.</p> <p>9. Theosophische Sendschreiben.</p> <p>10. Ein Büchlein von der wahren Buß und Gelassenheit.</p> | <p>11. Ein Buch von der Gnadenwahl von 42. Bogen.</p> <p>12. Ein Büchlein von dem Herrn Christi Testament.</p> <p>13. Ein Tractat über Genesin.</p> <p>14. Ein Clavis über dessen Schriften von 6. Bogen.</p> |
|---|---|

6. Hos Tractatus deprehendi ab hoc Boemo scriptos, ex aliquot librorum illius lectione, quorum ipse mentionem facit, eosque à profunditate mysteriorum laudat, ut Mercator

*Laudat venales, quas vult extrudere merces.*

Si plures sunt, qui me latent, nolim de iis esse sollicitus, quia qui unum norit, omnes norit, quod ad fanaticos eorum coccyismos attinet.

7. Et quod miremur, non tantum teutonicè, sed etiam belgicè, & alias in exoticas linguas versa ejus scripta extant, ut præter Germaniam etiam in Belgio, Angliâ, Gallia fanaticorum manibus terantur, & præ eorum existimatione scripta Prophetarum sordere & vilescere videantur.

8. Præprimis dolendum est, fanaticum hunc cancrum denuò serpere incepisse in Ecclesiis nostris, eâ animorum infectione, ut, qui gestiunt esse pientissimi, librorum Boemi lectores sint devotissimi.

9. Fateor, fanaticum hoc, nostrisque Ecclesiis epidemicum fieri gestiens virus pressius tetigisse, imò movisse animum meum, posse sub tam clarâ luce Evangelii etiam in nostris Ecclesiis esse, qui fanaticis his gerris θεσιόντων vindicent; imò non esse, qui hos colla tumentes serpentes odoratu verbi divini è specu extrahant, eorumque capita zelosè conterant,

10. Quàm

10. Quàm zelofus est Apostolus, ut vigiles ecclesiæ id faciant. *Rogo vos, fratres, ut observetis eos, qui dissensiones & offendicula, præter doctrinam, quam vos didicistis, faciunt, & declinate ab illis;* Rom. 16. v. 17. *Prophana autem & vaniloquia devita: multum enim proficiunt ad impietatem, & sermo eorum serpit, ut cancer;* 2. Tim. 2. v. 16. *Ex his enim sunt, qui penetrant domos, & captivas ducunt mulierculas oneratas peccatis, quæ ducuntur variis desideriis, semper discentes, & nunquam ad scientiam veritatis pervenientes;* 2. Tim. 3. v. 6, 7. *Videte canes, videte malos operarios;* Peilip. 3. v. 2. *Quibus oportet os obstrui;* Tit. 1. v. 11. *Imò ipse Salvator; Attendite à falsis Prophetis, qui veniunt ad vos in vestimentis ovium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces: à fructibus eorum cognoscetis eos;* Matth. 7. v. 15.

11. Hæc Salvatoris & Apostoli monita quid mirum, si etiam me in speculâ Domini constitutum, extimulaverint, ut senii mei, jam octogesimum secundum vitæ annum transigentis ratione non habitâ, in hujus Boemi tam famigerabilis *Fanatici* libros & tractatus inquisiverim, præprimis quatuor eorum perlectis; nempe tractatu *von dem dreyfachen Leben des Menschen/ nach dem Geheimnis der dreyen Principien Göttlicher Offenbarung;* Anno 1660. von Heinrich Becken zu Amsterdam gedruckt: Tractatu *der Theosophischen Sendschreiben/* ibid. ab eodem anno 1658. gedruckt: Tractatu & libello, cui titulus, *JEHI OR, oder Morgenröthe der Weisheit;* sine loco impressionis, anno Christi 1640, im Jahr der Welt 5870. gedruckt: & Tractatu *der 40 Fragen von der Seelen Urständ/ Essenz, Wesen/ Natur/ und Eigenschaft/ was sie von Ewigkeit in Ewigkeit sey/* zu Amsterdam anno 1663. bey Henrico Beckio gedruckt: ad quorum Tractuum lectionem tantâ patientiâ mihi opus fuit, ob ampullata & fumosa, ad factum, non ad intellectum contorta hominis verba, quantâ vix opus est

vena-



venatori, dum sub Jove frigido feras vestigat & indagat; ut subinde *ἐν ἐμῷ* in eorum lectione dixerim, quod nonnullus Ecclesiae Patrum (si rectè memini, Augustinus) ad Persium à se lectum dixisse fertur: *Cur scribis, si non vis intelligi?*

12. Neque enim doctissimus quivis lector fanatica ejus noemata plerubique in illius scriptis assequetur, nisi quodammodò in arcana Chymica, v. g. apud Sennertum in Tractatu de Chymicorum cum Aristotelis & Galenicorum consensu & dissensu inquisiverit, quorum bolide ille per nescio quas consequentias mysteriorum divinorum fundum percontari conatur, de quibus in Sacra Scripturâ altum silentium, nedum ut homini fanatico immediato Spiritus S. afflatu inspirata, & ad pennam dictata credamus.

13. Quid igitur perlectis modò nominatis Boemi libris reliquum est, quàm ut invocato Numine agam, quod agere constitui, scil. in tam grandævo senio citiùs somno carere, quàm hunc fastuosum, tam insolenter adversus nostram confessionem *δὲς ἐγμμένα* loquentem hominem irrefutatum relinquere; totque annorum controversiarum Professor in extremâ margine vitæ vadimonium professionis deserere.

14. In præsens saltem per producta, & ex libris à nobis perlectis extracta quædam pronuntiata jactatis illius illuminationibus, quibus à Deo gratiosè illuminatus, *der von Gott in Gnaden erleuchtete* celebratur, loco protheoriæ modum statuemus, donec pleniori teutonico tractatu, siquidem operæ pretium videbitur, fanaticas ejus nugas exenteravero, ut tam lippi & tonsores, quàm qui nasutiores sunt, nolentes volentes videant, esse eas intus & in cute fanaticas, & *βῆόντι* illis tam non subesse, quàm

B

non

non subfuit falforum prophetarum vaticiniis veritas, de quibus dixit Dominus exercituum: *Nolite audire verba Prophetarum, qui prophetant vobis, & decipiunt vos. Visionem cordis sui loquuntur, non de ore Domini;* Jerem. 23. v. 16.

## Pronuntiatum I.

15. *Ἠρώτων ψεύδῳ* & omnium scriptorum BOEMI est falsa divina illuminationis jactatio, ob impossibilitatem probandi vocationem ad eas promulgandas.

**N**ullus prophetarum tam insolens est ingeminatis revelationibus, à DEO sibi factis, ac insolens est hic Teutonicus Philosophus, identidem ingeminans, quàm profundè à Spiritu S. factus fuerit entheatus. Strictim aiunt Prophetae: *Hac dicit Dominus:* Esaias cap. 1. v. 1. cum coelum & terram ad audiendum excitaret, paucis ait: *Quoniam Dominus locutus est.* Quid hic Boemus? in Theosophischen Sendschreiben pag. 11. ait: *So ich schreibe/ dictire mir es der Geist in grosser wunderbarer Erkenntnis/ daß ich offte nicht weiß/ ob ich nach meinem Geist in der Welt bin.* Item pag. 91. *Die Kunst hat nicht geschrieben/ es hat auch kein Zeit gehabt zu bedenken/ nach dem rechten Verstand des Buchstabens/ sondern alles nach dem Geist gerichtet/ welcher öftters ist in Eil gegangen/ daß dem Schreiber die Hand wegen der Ungewonheit gezittert 2c.* Et talia passim insolentissimè repetit, & ingeminat; tam insolenter, ut, si quatuor prophetarum majorum, & duodecim minorum scripta unà, & materialiter, quoad τὸ μῆτρο & voluminis, & formaliter, quoad charisma propheticum

col-

collecta sumantur, nondum tamen hos Boemi libros & scripta æquabunt: quo pacto propheticum donum, non tantum de eventibus futuris, sed & de dogmaticis & mysteriis vaticinandi, novissimis his temporibus N. Test. longè excellentiùs in Ecclesiis vigeret, quàm viguit temporibus V. T. ante Christum natum; quod ipsâ absurditate absurdius, nullatenus in Ecclesiâ nostrâ ferendum, ob defectum immediatæ vocationis, quæ in Ecclesiâ N. T. Evangelio in universo mundo prædicato, desiit, & in mediatam, ordinariam vertit. Hinc argumentum:

Si in N. T. Evangelio in toto Mundo prædicato impossibile est demonstrare immediatam vocationem tantum de eventibus futuris solenniter vaticinandi, sequitur, multò minùs possibile esse talem vocationem demonstrare de dogmaticis & mysteriis credendis. Atqui prius est verum. Ergò verum est etiam posterius.

Major procedit vi Canonis; *Si id non inest, quod magis inesse videtur, nec illud inerit, quod minus inesse videtur.* Minor sex invictis argumentis demonstrata extat in Tractatu meo *Theologischen Bedenckens über die Visiones Johann Warners von Bockendorff* à pag. 5. usq; ad p. 63. Item in nostris *Casualibus Conc. Sect. V. pag. 743. & seqq.* quò lectorem remitto. Ubi manet hoc pacto Scriptorum Boemi divina, quam jactat, inspiratio?

B 2

PRO-

## Pronuntiatum II.

16. *Boemus ex professo contemptor est articulo-  
ratorum fidei, quos Ecclesia ex Scripturâ con-  
clusit; ajens, esse eas saltem opiniones ex nudâ hi-  
storiâ, pro quâ Sacr. Scripturam habet, extractas.*

Pag. 108. in Theosoph. Sendschreiben ait: Ich hab es niche  
aus Historien (innuens sc. Scripturam) zusammen ge-  
rafft/ und also Meynungen gemacht (vult dicere, conclusiones  
aus der Schrift) wie die Babylonische Schul thut (verstes-  
hend Evangelische Hohe Schulen) da man umb Wort und  
Meynungen zancket: Ich habe durch Gottes Gnad eigne  
Augen bekommen / und mag in mir selber in Christi Weins-  
berg arbeiten; Ich sage frey öffentlich / daß alles / was aus  
Wahn und Meynungen zusammen geflicket wird / das ist  
Babel / eine Hurerey &c. An tetricis proscindi posset salvi-  
fica, in Scripturâ sacrâ immotè fundata omnium articu-  
lorum fidei confessio? quo pacto etiam Conciliorum  
symbola, quibus suppar est Athanasii symbolum, pro  
meris opinionibus ex historicâ Scripturæ literâ convasa-  
tis essent habenda. Hoc abominandum *ἀνομιὰ* quî, per  
Christi amorem, est *θεόπνευστον!*

## Pronuntiatum III.

17. *Maxima pars revelationum Boemi  
paucis, nempe qua de genere moris sunt, exceptis,  
etiam Literatis propter obscuritatem intellectu  
fere est impossibilis, ut potius Apocalypsis sit,  
quàm revelatio, aut illuminatio divina.*

Idem

**I**dem comma in hoc fanatico Aristarcho notavit etiam Hornbeck in *Summ. Controv. Relig.* pag. 456. ubi de eo scribit: *Hoc satis manifestum; illud ab ipso omnino agi, ut Theologia, ejusque tractandi ratio in univ ersum corrumpatur, & amplius perspicue, ac recte tradi ea vel intelligi non possit.* Legat veritatis amans Lector ejus scripta, dispeream, si sine stomacho saltem paginam ob distortam obscuritatem legendo absolverit; tam delibuta sunt omnia obscura varietate terminorum, distinctionum, principiorum, & subtilitate abstractionum, ut Scholastici, Thomistæ, Scotistæ, Ocamistæ &c. cum suis hæcitatibus, formalitatibus præ eo habendi sint pro *υπερβολῆς*. Ipse passim hanc culpam fatetur. Pag. 21. in Theol. *Send schreiben* inquit: *daß ich euch in etlichen Puncten schwer verständig bin in meinen Schrifften/ ist mir leid/ und wünsche/ ich könnte meine Seele mit euch theilen/ daß ihr möchtet meinen Sinn ergreifen: denn ich verstehe/ es trifft die tieffsten Puncten an/ daran am meisten ligt.* Item pag 361. *Ich wolte es auch gerne noch einfältiger geben; aber wegen der grossen Tieffe mag es nicht geschehen 2c.* Ut quid igitur Spiritus S. ei tam profunda revelavit? quem in finem? si non possunt apprehendi, vel qualia sint, intelligi: *Hæc scripta sunt, inquit Evangelista, ut credatis, quia Jesus est Christus, filius Dei, & ut credentes, vitam habeatis in nomine ejus; Luc. 24. v. 31. Et ipse Christus de Propheta Daniel: Qui legit, intelligat; Matth. 24. v. 16.* Atqui qui hujus fanatici scripta legit, plerisque in locis non intelligit. Quomodo ergo sunt *θεόπνευστα*? Sunt quidem etiam in Scripturâ, sed quoad fidei mysteria non, ut apud hunc Fanaticum, pleraque *δυσνόητα*.

### Pronuntiatum IV.

18. Parturiunt scripta Boemi aliud Evangelium,  
 B 3

gelium, quàm ab Apostolo habemus predicatum.  
 Quomodo ergò sunt θεόπνευστοι; etiamsi Angelus de  
 caelo Boemus esset? Gal. i. v. 8.

**A**Ntecedens consequens est ex iactatione revelationis  
 novorum mysteriorum, quando v. gr. in libello JE-  
 HI OR pag. 61. 62. scribit: Die Zeit ist kommen/ daß alles  
 offenbar werden muß; und ob wirs gleich mit unsern Hän-  
 den selbst noch nicht bereitet haben/ so mag und kan uns doch  
 der Geist der Weisheit alles lehren/ was heimlich und ver-  
 borgen ist/ welcher dann alle Tiefen erforschet/ und kan uns  
 zeigen/ bezeugen und zu erkennen geben diß / das sonst kein  
 Auge hat gesehen &c. Item in Theosoph. Sendschreiben p. 42.  
 ait: Der grosse Bau Gottes von Göttlichen Geheimnissen  
 stehe im Liecht der Natur &c. Quod monstrum assertionis  
 hoc est! Quid non ex eo adversus principia fidei conse-  
 quens? Nedum, ut sit θεόπνευστοι! Possuntne specimina asser-  
 tionum afferri, in quibus expressum extat aliud Evange-  
 lium? E. g. In libello JEHI OR, p. 61. expressè ait: Wann  
 auß dem rechten Spiritu nitri ein himmlisches Wasser da sey/  
 so könne alsdann ein neue Geburt von oben herab aus Was-  
 ser und Geist folgen. Ποῖον ἐστὶν; quis Spiritus Sancti illu-  
 minationi monstruosum hoc ἀνεστρα tribuat? Transeant  
 brevitatis gratia alia id genus multa.

## Pronuntiatum V:

19. Scitent Scripta Boemi assertis, qua Sa-  
 cra Scriptura in faciem contradicunt. Quomodo  
 ergò θεόπνευστοι?

IN libello vom dreyfachen Leben asserit pag. 6. expressis  
 I verbis liberum arbitrium; quando scribit: Daß die  
 Seel des Menschen mit ihren Essentien zwar nicht könn ins  
 Liecht Gottes eindringen/ dasselbe zu bewältigen; Et tamen  
 statim subjungit; daß sie nicht allein aus den Sternen und  
 Elementischen Geistern ausdringen/ sondern auch aus ihrer  
 eigenen Lebens-Quell/ und ihren Willen schöpffen im Le-  
 ben Gottes / darinn zu seyn; und derselb geschöpffte Wille  
 wird von Gott angenommen/ und Gott wohnet in demsel-  
 ben Willen. Quid inconstantius? quid heterodoxius?  
 quomodo ergò divinitus inspiratum? Nedum, ut Christi  
 nobis per fidem imputata justitia ab hoc audacissimo bla-  
 sone tuta esse non potuerit, cum in Theos. Sendschreiben  
 pag. 301. scriberet: In Christo alleine werden wir zur Gött-  
 lichen Kindschafft und Erben Christi angenommen; nicht  
 durch einen äußerlichen / frembden Schein einer absonderli-  
 chen Gnaden-Annehmung/ durch einen frembden Verdienst  
 einer zugerechneten Gnade von aussen: sondern durch ein  
 kindliche / inwohnende / gliedliche / essentialische Gnad ꝛ.  
 Quid Apostolo, Gentium Doctore, articulum justificatio-  
 nis præprimis in Epist. ad Romanos & Galatas tam diser-  
 tè tractanti enixius in faciem contradici posset? Et tam  
 effrons. est fanaticus, ut ab immediato Spiritus S. dicta-  
 mine id sibi revelatum esse asserere ausit.

### Pronuntiatum V.

20. *Boemus est professor contemptor Sacrae  
 Scripturae? qui ergò immediatè à Spiritu San-  
 cto illuminatus?*

Im

In Bächlein vom dreyfachen Leben/ inquit. p. 171. 172.  
 Wann du Jahr und Tag stündest/ und lesest alle Schrift-  
 ten außwendig/ so bistu damit nicht besser für G. D. als ein  
 Sauhirt/ der diese Zeit Säu gehütet hat. Es darff kein  
 Kunst oder Wolredenheit darzu seyn/ du darffst auch weder  
 Bücher noch Kunst darzu; ein Hirt ist so geschickt darzu/ als  
 ein Doctor/ und noch vilmal besser/ dann er gehet eher aus  
 seiner Vernunfft in Gottes Barmherzigkeit &c. ibid. pag.  
 422. Wir haben Gottes Willen in der Schrift; aber ohne  
 Gottes Geist haben wir nur eine Hülse und todtes Wort:  
 Gottes Geist erwecket erst das lebendige Wort in uns/ daß  
 wir den Buchstaben und das geschriebene Wort verstehen/ &c.  
 Quid audacius contra Scripturam agentem; *Beatus vir,*  
*qui in lege Domini meditabitur die ac nocte &c.* Psalm. 1. v. 2.  
 de ipsa Scriptura, quod sit *utilis ad docendum, ad arguendum,*  
*ad corrigendum, & erudiendum in justitiâ;* 2. Timoth. 3. v. 16,  
 17. &c. Quomodo cortex & mortuum verbum hoc præ-  
 stiterit? Consequenter quomodo tam audax contra Scri-  
 pturam eructata assertio à Spiritu S. cuiquam mortalium  
 inspirari potuit?

## Pronuntiatum VII.

21. *Ex hac hypothese, Scripturam S. tan-  
 tum esse corticem & mutum verbum, conse-  
 quens est periculosum Boemi ὕπερον πρὸς τὸν λόγον, quo  
 verbum in conversione hominis per anteceden-  
 tem operationem Spiritus S. animandum sta-  
 tuit, cum tamen utriusque, & Spiritus S. &  
 verbi*



*verbi etiam in se vivifici una unica in conversione sit actio.*

ITa modò vidimus ex libello vom dreyfachen Leben / p. 422. Gottes Geist erwecke erst das Wort in uns / daß wir den Buchstaben / und das geschriebene Wort verstehen &c. In libello JEHI OR, oder Morgenröthe der Weisheit adhuc apertius hoc ὕστερον πρότερον profitetur, pag. 11, 12. ubi tres libros recenset, ex quibus hæc Aurora sapientiæ sit haurienda: nempe 1. librum Naturæ, das Buch der Natur. 2. Librum Scripturæ, das Buch der Schrift. 3. Librum hominis, das Buch / welches der Mensch selbst sey: Tandem ibid. pag. 14. addito; Keines sey so überaus hell / klar und deutlich / als der Mensch; alle Weisheit und Erlanthen sampt derselben Geheimnissen in diesen Büchern mögen wir anderst nicht studieren und erlernen / dann allein nur durch denselbigen Geist &c. &c. Bone Deus! qui angues fanatici latent in his verbis! quos, si quidem, ut dictum, operæ pretium videbitur, suo tempore, si Deus vitam prorogaverit, exactius ex suis specubus extrahamus, ut appareat, eos à Dæmone inflatos sibi colla tumere. Hornbeck in *Summ. Controv.* pag. 458. haud intempestivè videtur eos pro indignis habere, ut operosè refutentur, quando scribit: *Quis illis dignè examinandis tempus frustra terat, vel ab aliquo hoc exigat? quis non illa, si nudè proponuntur, judicare & condemnare noverit? &c.*

### Pronuntiatum VIII.

22. *Atrocissima sunt injuria, quibus fanaticus homo ordinarios Ecclesie Ministros*  
C
pro-

*proscindit, non tam ob vitam à doctrinâ dissonam, quàm ob officium rectè ex Christi mandato factum.*

**I**N libello vom dreyfachen Leben pag. 20. Nicht laß dich hören die Gleißner / die nur Historien gelehrt sind / und prangen einher mit frembden Sprachen / und wollen damie geehret seyn / welche sie doch nicht im wenigsten verstehen *re. Ibid. pag. 90.* Den Theologen / die sich unterwinden vom Gottes Willen zu predigen / wird klar gezeiget / daß ihr Zichten von den Wegen zu Gott Fabeln sind / da man Gesäß macht / damit das Reich Gottes zu erreichen *re. Pag. 261.* Seyen ein verfluchte Cains - Art *re. Pag. 307.* Wie ein Dieb komm / daß er nur stehle und raube; also kommen die Zäncker in ihrem Nahmen / daß sie wollen ein groß Ansehen haben / auch reiche Pfründen und Præbenden *re. Pag. 293.* die sich als die grosse Hur zu Babel ins Spiet der Vergebung setze *re. Pag. 327.* Diebisch mit den Zuhörern handeln / sie umb Leib und Seel / Gut und Muth bringen *re. Pag. 343.* BilSchmach und Schand - Bücher schreiben. *Pag. 371.* Bil vom Glauben rühmen / und doch den Menschen nur in historischen Glauben führen *re. Pag. 376.* Seyen falsche Bischöff von den Hohen Schulen / welche der Hoffarts - Teuffel hab verblindet *re.* Et alia id genus sexcenta in his libris, quæ idè non possunt à Spiritu S. esse inspirata, quia in contemptum Ministerii Spiritus desinunt, contra quæ Christus ad discipulos: *Qui vos spernit, me spernit; Luc. 10. v. 16. eundem calculum adjiciente Apostolo: Qui hic spernit, non hominem spernit, sed Deum; qui dedit Spiritum S. suum in nobis; 1. Thess.*

4. v. 5.

Pro.

## Pronuntiatum IX.

23. *Principium Religionis Boemi, quod ex ejus scriptis colligitur, est harmonia Macrocosmi cum Microcosmo, consistens in prodigiosa commixtione Theologiae & Philosophiae, imprimis Physicae, Chymiae & Astrologiae.*

**P**erlegantur integri Tractatus illius, & apparebit, quos funiculos ex arenâ naturalium rerum ad arguenda divina mysteria, de quibus altum in Scripturâ silentium, turbo fanaticus nectat, redditis rationibus, quæ ipsæ absurdissimæ sunt, somniis potius similes, quàm fundamentis, quibus recta ratio sua asserta superædificat. In libello vom dreyfachen Leben sequentia capita infert: 1. Vom Verstand des Lebens/ und von der ewigen Geburt des Göttlichen Wesens. Cap. 2. vom Grund der ewigen Gebärerin. Cap. 3. von der sechsten Gestalt der Natur. Cap. 4. von der sibenden Gestalt der Natur/ von der Wesenheit/ von den drey Personen in der Gottheit &c. &c. &c. Præprimis libellus de Signaturâ rerum in hoc pronuntiato prosequendo totus est; nec ab hoc scopo abludit libellus JEHI OR, Morgenröthe der Weisheit; in quo quot paragraphi, tot jactata fanatica mysteria. Quibus in Tractatibus ita de Mundo, de Cælo & astris, eorumque effectis, præsertim de planetis, de principiis chymicis, sale, sulphure & Mercurio philosophatur, ut quis sine scommate de eo præsumeret, fuisse eum γλεύκας μεμεσωμένον, quod quidem κλευάζοντες falsò præsumpserunt tempore pentecostes de

Apostolis; Actor. cap. 2. v. 13. Ex Mercurio facit in libello vom dreyfachen Leben/ pag. 67. Spiritum S., ajens; Der Geist Mercurius sey der Geist der sieben Sigel/ welcher im Wort der H. Geist heisse. Inter omnia adscribit stellis in dicto libello vom dreyfachen Leben/ stupendos effectus: p. 190. ait: Das Gestirn sey ein Ursach aller Wis/ Kunst/ und Lust/ und aller Ordnung ic. Pag. 378. daß die Seel mit den Sternen und Elementen Geist inficirt sey/ welche Tag und Nacht wider sie streite ic. Pag. 422. daß das Gestirn/ welches im Geist Christi muß ruhen/ lüßtern ein solch Herz und Seel zubesitzen/ wo Gottes Geist sey gefessen/ weil sich alle Creaturen nach der Krafft Gottes sehnen ic. In Summa pag. 242. Das ganz Regiment dieser Welt in allerley Leben komm von dem Gestirn/ böß und gut: Die Tinctur halt die Seel/ und die unter matrix Veneris den Geist ic. In libello J E H I O R apertis verbis hæc harmonia inter diversos, quos fingit, Mundos, exprimitur; pag. 91. Diese Heimlichkeit hat Gott seinen Kindern offenbaret/ und seinen Weisen; daß nemlich die Elementarische untere/ sichtbare Welt ein Bild sey der unsichtbaren/ obern/ geistlichen/ himmelischen/ ja Göttlichen Welt: daß deswegen kein Creatur und Geschöpff sey/ so die Heimlichkeit der obern geistlichen Welt nicht anzeige/ von welcher Heimlichkeit man in der zukünfftigen verneuerten Welt zu Zion predigen werde. Et quæ sunt monstrosa adhuc alia id genus *ἀγνώδη* plura; quæ tantum abest, ut ad stabiliendum principium fidei sint harmonica, & consequenter *θεόπηδωτα*, ut potius in omnia alia contraria tendant. Num Boemus ausit asserere, à Deo sibi inspirata esse Jovis, Saturni, Martis, Mercurii &c. Gentium Deorum, qui (Psalm. 96. v. 5.) *dæmonia sunt*, nomina? *Auferam*, inquit Deus, *nomina Baalim* (sic etiam Jovis, Saturni, Martis, Mercurii) *nomina de ore ejus*; Hof. II. v. 17.

Quid

Quem contra hic noster alium agit, quàm ex professo Astrologum, DEO, hanc prophanitatem severissimè arguenti, in faciem contradicentem? *Stent, & salvent te augures cæli, qui contemplabantur sydera, & supputabant menses, ut ex eis annuntiarent ventura tibi: Ecce facti sunt quasi stipula, ignis combussit eos &c. Esa. 47. v. 13.* Quæ præterea harmonia est inter creaturas, & articulos fidei? Eò enim tendit hæc excogitata harmonia fanatica, quâ scil. filiis Dei innotescant horum mysteriorum principia. Ut ut enim ex visibilis hujus Mundi intuitu τὸ γνωστὸν τῆς οὐσίας nobis innotescat; ad invictè arguendum, Esse DEUM, esse justum, bonum, sanctum, omnipotentem &c. innotescere autem ex eo simul, Esse unum essentiâ, trinum personis, patrem, filium & Spiritum S.; filium hominem factum, qui est θεὸς ἀληθινός, & qui sunt articuli fidei, solâ revelatione divinâ nobis innotescentes, adhuc multi, quos noster fanaticus in opinionibus numerat, tantum abest, ut extra Scripturam, aliquâ harmoniâ nobis sese insinuent, ut potius pro *μωεῖα* ad confirmandam incredulitatem, quàm analogiâ ad stabiliendam fidelitatem, habeantur; ita ajente Apostolo: *Animalis homo non percipit ea, quæ sunt Spiritus DEI: Stultitia enim est illi, & non potest intelligere, quia spiritualiter examinatur; I. Cor. 2. v. 14.*

## Pronuntiatum X.

24. *Imò vix excogitari potest contra sensum communem absurditas adversus naturam & Scripturæ principia, ex qua fanaticus Spiritus Boemi non faciat mysterium, à DEO per immediatam illuminationem sibi revelatum.*

C 3

Ex

**E**X infinite multis pauca saltem proferam. In Theos.  
 Sendschreiben scribit pag. 68. Lapis Philosophorum  
 sey gar ein schwarzer/ unansehlicher Stein mit grauer Farb/  
 aber die hohe tinctur lige darinn ꝛc. Pag. 83. Sey der Grund  
 aller Heimlichkeit/ mit welchem das Kränlein der Weisheit  
 versehen sey/ welches die Seel anziehe/ als ein Kleinot; als ei-  
 nen Leib in Gottes Reich. Atqui ubi Apostolus, vel Chri-  
 stus ipse unico verbulo mentionem facit lapidis philoso-  
 phorum in describendo regno cœlorum? *Non veniet re-  
 gnum DEI cum observatione*, inquit Christus Luc. 17. v. 21.  
 Ergò multò minus cum Lapide philosophorum, liqui-  
 dem aliquis talis lapis in rerum naturâ est. Sic etiam A-  
 postolus: *Regnum DEI est iustitia, & pax, & gaudium in Spiritu  
 S.*; Rom. 14. v. 17. Longè alius lapis est, quem Scriptura ait  
 esse Christum; nempe *angularis, probatus, electus, pretiosus, ut,  
 qui crediderit in eum, non confundatur*; Esa. 28. v. 15. 1. Pet. 2. v. 6.  
 verùm vix tanti hic lapis fanatico nostro Boemo est, quan-  
 ti suus iste philosophorum lapis, quia istum profitetur sal-  
 tem Scriptura, quæ ei solùm cortex & mutum verbum est;  
 hunc autem ei, ut ipse mentitur, divina Spiritus S. illumi-  
 natio aperuit. Præprimis libellus JEHI OR quasi spumans  
 compendiolum est ejusmodi absurditatum, quæ vix di-  
 gnæ sunt, ut recitentur, nedum refutentur. Pag. 30, 31. scri-  
 bit; Es seyen siben Elementen der Welt; Geist/ Wind/ Luft/  
 Wasser/ Liecht/ Himmel/ Erden: Diese siben Elementen  
 seyen erbohren aus einem unverweslichen/ unvergänglichen  
 und unverderblichen Salz / welches sey der Aufwurff der  
 Natur ꝛc. Pag. 30. inquit: Der Mensch sey ein Ausgang  
 aller derer Welten / und das concentrirte centrum aller  
 Welt. Pag. 27. 28. Die Englisch Welt sey der rechte Leib des  
 Wassers: Hierunten Eis/ droben Englische Erden / gleich  
 ein Crystall/ das alleredelste Salz des Lebens ꝛc. Pag. 31. Es  
 sey

sey ein dreyerley Saltz / ein geistliches / seelisches / und leibliches. Das geistliche die rechte Essenz, und alleredelste Wesen aller Wesen 2c. Pag. 32. Ein truckenes Wasser / und zugleich Wasser und Erd 2c. Pag. 56. Die Liechter des Himmels seyen in ihrem Wesen anders nichts / dann ein geistliches / essentialisches überaus Crystallinisches Saltz 2c. Pag. 78. Durch das Wort / Geist und Saltz seyen im Anfang alle Ding aus der Erden herfür gebracht worden 2c. Pag. 61. Es sey ein kaltes wässeriges Feuer 2c. Stultoné, nedum en theato talia somnia per phantasiam obvenire possunt? quorum copiâ inprimis etiam hic libellus JÉHI OR fatiscit; cujus potissima capita sunt; nempe c. 3. von GOTT / dem ersten principio aller Ding. Cap. 4. vom andern principio, der Natur. Cap. 5. vom dritten general principio, den Elementen. C. 6. von den drey special principiis, Geist / Wind und Wasser. Cap. 7. von den particular principiis, Leib / Seel und Geist. Cap. 8. von Elementen und gegen Elementen in der Schöpfung. Cap. 9. von den principiis des Bösen und Böswichts / und von den Engeln / & ita deinceps, quæ sequuntur. Dici non potest, quàm insolenter, consequenter quàm absurdè fanatico suo ligone de his rebus, & multiplicatis à se principiis homo fanaticus philosophetur; ut citius mente captum, quàm à Deo illuminatum quis diceret; indeque vix dignum, qui operosè refutetur.

## Pronuntiatum XI.

25. *Quid opus est multis? non longa demonstratio requiritur, ad judicandum, cujus religionis Boemus fuerit, nempe Schwenckfeldii*

*feldii & Weigelij, quos ille, paucis exceptis, approbat & laudat.*

Pag. 147. 148. In Theos. Sendschreiben ita de Schwenckfeldio & Weigelio scribit: Also antworte ich auch von den andern angedeuteten Autoribus, welche hohe Gaben haben gehabt/ aber nicht alles gnug mögen ergreifen: Wann dieselben Autores ansezt lebten/ so würden sie velleicht in etlichen Punkten haben klärer/ und in andrer Forme geschrieben haben / wiewol sie bey ihrer Zeit gnug gethan/ und sie darumb mit nichten zu verachten seyn/ obwol etliche Punkten zu verbessern wären/ so ist doch ihre Lehre von der Vereinigung der Gottheit und Menschheit fast klar/ und sihet man/ wie auch Gottes Geist in ihnen gewesen/ die Vernunfft aber drehet alles ins ärgste / und verkehrets mit falschem Deuten. Beym Schwenckfeld stößet dieser Punct an/ der Christum für keine Creatur hält etc. *ibid.* pag. 149. So will Weigel haben/ Maria sey nicht Joachims und Annæ Tochter / und Christus habe nichts von uns angenommen etc. Et paulò post: sonst schreibt auch Weigel von der neuen Geburt/ und der Einigung der Menschheit in Christo mit uns gar schöne/ welches / weil ichs in meinen Schrifften was klärer beschrieben/ allhie beruhen lasse / und lasse sie unverracht / auch den / der sie liest. Qui igitur à Spiritu S. pro immediatè illuminato habeamus, qui calculum suum damnatis Schwenckfeldii & Weigelij adjicit? Legatur *Impietas Weigeliana* à D. Thummio p. m. ex immotis Scripturæ fundamentis gravissimè notata & refutata, & apparebit, quid distent æra his lupinis fanaticis. Paria sunt quibus personatus *Elias Prætorius*, qui *Christianus Hohenburgk.* est, in *Spiegel der Mißbräut* bey dem Predigamt maledicentissimum suum calculum Schwenckfeldio adjicit.

Pro-



## Pronuntiatum XII.

26. Tandem, ut sexcenta alia transeant, non veretur audax Blatero jactare revelationem modi Creationis, ac si juxta aeternam Sapientiam, antequam terra fieret, & nondum erant abyssi (Prov. 8. vers. 24.) in Spiritu <sup>autōrnis</sup> ejus fuisset, ut quis Mosen pra illo in descriptione creationis vix pro Abcedario haberet.

IN libello JEHI OR pag. 35. scribit: Im Anfang der Schöpfung schwebet der Geist ob dem Wasser: Durch das Abschweben wird der Wind verstanden / durch welchen der Geist die Wasser angehauchet und befruchtbarret hat / zur Schöpfung der Welt. Pag. 36. Durch die drey special principia, als Geist / Wind und Wasser / die da zugleich auch mit Element sind / wird durchaus alle Schöpfung vollbracht etc. Ibid. pag. 38. So ist nun der Geist / Wind und Wasser / durch welche alles durchaus in der ganken Welt verrichtet wird; Ibid. pag 56. Aus dem Liecht hab Gott die Liechter des Himmels gemacht / so in ihrem Wesen nichts anders seyen / dann ein geistliches / essentialisches / überaus crystallisches Salz etc. Præprimis passim est assertor trium principiorum, nempe corporis, animæ & spiritus, ex quibus homo in creatione fuerit compositus, quæ est communis fanaticorum assertio: In eod. libello JEHI OR. Pag. 96. scribit: Er (der Mensch) ist zusammen gesetzt von dreyen; als von Leib / Seel und Geist. In libello vom dreyfachen Leben pag. 449. scribit: Gott nam den Menschen von der Erden / das ist  
D ein

ein Mensch oder rothe Erden vom Feners centro, und vom Wassers centro, als von beeden Müttern der Natur / und bließ ihm den Athem von aussen durch den Geist der grossen Welt ein, und die Seele von innen ausser anderm principio hinein ins Herz: aperta duplicis inspirationis assertio, qua Mosi in faciem contradicit, inquenti: *Formavit igitur Dominus Deus hominem de limo terra, & inspiravit in faciem eius spiraculum vite, & factus est homo in animam viventem, Gen. 2. v. 7.* Summatim quicquid fanatico Spiritui in buccam venit, egeri oportuit, ut calamus ejus ἐπ' αὐτόφορον mendacii deprehensus peditet. Qui ergo, & quo nomine habebimus pro θεοπνεύσω, hoc est, à Spiritu Sancto immediate illuminatio tam aperte fallentem?

Libuit hæc, modò ex dictis quatuor Boemi Tractatibus extracta pronuntiata saltem ἀποῖς, quod ajunt, δακτύλοισι tangere, ut præter propter fiat judicium etiam de reliquis, in quibus præter jam perstricta ferè nullum caput Religionis Christianæ est reliquum, quod hic Turbo fanaticus sub prætextu divinæ illuminationis temerariâ vitilitigatione non collutulet, pervertat, disputet, quantumcunque vel tandem zelo hypocrita à disputationibus abhorrere gestiat, ut miremur, imò doleamus, ausum fuisse quenquam nostræ Ecclesiæ mortalium contra recepta, & symbolicis Ecclesiæ nostræ libris confirmata dogmata tam διεσαμμένα loqui, & tam petulanter grassari in sequentia capita, ut hic fanaticus Lavernio audacissimè grassatur, cujusmodi sunt.

I. de DEO.	II. de Homine.	Anima.	Lapsus Adami.
Cognitio Dei.	Homini in creatione inspiratio.	Liberum Arbitrium.	III. de statu destituto.
Essentia Dei.	Ejus corpus.	Dei imago.	Peccatum.
Voluntas Dei.	Vita.	Seductio hominis.	Prava desideria.
Visio Dei.	Spiritus.		Malitia mundi.
Trinitas &c. &c.			Corpus

Corpus, infidus animæ vicinus.	Verbi prædicationis.	Natura.	Tenebræ.
Turbatio animæ.	Justificatio.	Mundus.	Elementa.
Miseria vitæ.	Renovatio.	Angeli.	Ignis.
Mors.	Humilitas.	Diaboli.	Aqua.
IV. <i>Media Conversionis.</i>	Manfuetudo.	Lucifer.	Terra.
Illuminatio.	V. <i>Contemptus Mediorum.</i>	Incantatio.	Sulphur.
Verbum.	Scholarum.	Magia.	Sal.
Baptismus.	verbi prædicati- potestatis cla- vium.	Speetra.	Mercurius &c.
Cœna.	VI. De <i>Creatione.</i>	Cœlum.	VII. <i>post Vitam</i>
Regeneratio.	Creatura.	Stellæ.	Ultimum judi- cium.
Christi passio.		Terra.	Infernus.
Christi persona.		Paradisus.	Paradisus.
		Metalla.	Vita æterna &c.
		Mineralia.	
		Lux.	

Hæc, inquam, sunt glomerata themata, quæ fanaticus homo saltem in quatuor à me lectis ejus Tractatibus vitilitigando non aliter tractat, ac si essent Judæorum tesseræ, quibus jactis milites Christi in cruce pendentis vestimenta diviserunt, & super vestem ejus sortem miserunt; & præprimis nobis Ecclesiæ Ministris in doctrinâ & vitâ oculos aperiant, ne rei fiamus paraptomatium, quorum ipse reus est, & eorum maledicentissimè nos accusat.

Plerubique taxat nostratium fastum & superbiam, ut supra ex libello vom dreyfachen Leben des Menschen/ pag. 376. audivimus: Wir seyen falsche Bischöff auff den Hohen Schulen/ welche der Hoffart Teuffel hab verblendet: ipse superbissimus, quasi necius, quousque fimbrias suæ illuminationis extendat. pag. 21. In Theos. Sendschreiben inquiring; Ich verstehe/ es trifft die tieffeste Puncten an. Pag. 29. Er wiß viel / und ihm sey ein grosse Offenbarung gegeben. Pag. 86 Er könne in seiner Mutter-Sprach die allergröste Geheimnussen verstehen &c. Pag. 29. Das Büchlein



lein von des Menschen Leben sey ein wunderschönes Büchlein 2c. Pag. 120. Er sehe und erkenne das Wesen aller Wesen/ den Grund und Ungrund/ die Geburt der H. Dreysaltigkeit 2c. De quâ cristâ Apostolus inquit: *Scientia inflat, caritas verò adificat; si quis autem se existimat scire aliquid, nondum cognovit. quemadmodum oporteat eum scire; 1. Cor. 8. v. 2.*

Taxat nostros, quia de articulis fidei disputant, confundi aient disputando pios animos: pag. 109. In Theos. Sendschreiben die Viele der Disputanten ist feinnäse / sie macht nur Verwirrung; ipse ad confundendos animos disputacissimus, obscurissimus, intricatissimus: ut vel sola ipsius obscuritas nos Theologos absterreat à Theologiâ Scholasticâ, tanquam ab opacissimâ nebulâ resplendentis Evangelii, ad cuius dissipationem Lutherus, & plerique superioris, & in præsens currentis seculi Theologi Brentius, Chemnitius, alii innumeri, per solam sacrae Scripturæ faculam nihil intentatum reliquerunt.

Desiderat in nobis charitatem, quâ toleremus eum, nec statim ad orbem damnemus ejus placita: In libello JEHI OR pag. 7. scribit: Wir bitten nach der Liebe den Leser dieses unsers Büchleins / daß die jenigen / welchen wir nicht gefallen / uns dennoch in der Lieb wollen vertragen / und geduncken / daß auch die Weisen die Narren müssen vertragen / und das / was etwan hierinn gesagt wird / nicht alsbald verworffen / sondern viel lieber in mitten stehen lassen / und geduncken / daß auch Gott selbst Gedult hab mit den Sündern: so aber sich jemand lasset weise geduncken / der zeige da dem Geist des Gerichts / und urtheile also / damit er nicht sich selber richte 2c. Atqui quis charitate adversus ordinarios Ecclesiæ Ministros & Theologos ipso est frigidior, eontra ad eos proscindendos, detestandos, damnandos vehementior, tantum non dixerim furiosior, ut verè in hoc  
judi-

judicio se *αὐτοκατάκριτον* prostituat. Quæ in ejus scriptis quantum ad genus moris attinet, pia sunt, præprimis fidem demonstratione per opera demonstrandam urgent, ambabus manibus palmam ei porrigimus; ipsimet detestantes fidem saltem historicam, tanquam perditè hypocriticam; Attamen ideò nullâ charitate ferendus, sed *δοξάζωμαι* ex Apostoli mandato redarguendus, quòd nostram doctrinam, & nos cum doctrinâ nostrâ sine fronte ejus fidei, quæ corpus sine spiritu mortuum est, reos agit, & acerbissimis, corda nostra in duas partes secantibus verbis accusat: Hic aimus omnibus Boemistis vicissim in aures, *Vertite folium, & cantate.*

Transeant, inquam, brevitatis causâ alia hypomnemata plura, quæ ex hæcenus ventilatis colligi possent. Restat unica objectio; quæ ex qualitate Boemi, ad patrocinandum prætensis ejus illuminationibus communiter objici solet, nempe:

*Quomodo possibile sit, ut homo rudis, illiteratus, mechanicus, præter elementa Alphabeti literas nullas in ulla scholâ aut gymnasio doctus, qualis erat Boemus, Corinthum navigare, hoc est, ad tantam rerum divinarum & humanarum cognitionem, sine peculiari illuminatione, pervenire potuerit?*

**I**pse Boemus hoc argumento divinam illuminationem probare, suamque autoritatem legitimare conatur. In *Theos. Sendschreiben* pag. 36. inquit: Er / der Leser / werd nichts anderst sehen / als einen gar schlechten / einfältigen Mann; dann seine Wissenschaft stehe in Gott verborgen. Pag. 78. Er / der Autor dieser Schriften sey ein ungelehrter / wenig verständiger Mann / darzu fast kindisch in Geheimnissen etc. Pag. 240. inquit: **W**iewohl ich ein einfältiger

D. iij

Mann

Mann bin/ und der Kunst und des studii unerfahren ic. mein  
 Übung ist äußerlich ein gemein Handwerck (puta ein Schuo-  
 macher) gewesen / damit ich mich lange Zeit ehrlich hab er-  
 nehret ic.

*Resolutio Quaestionis propositae.*

I. Quicquid sit; probato, scripta Boemi fatiscere co-  
 piâ errorum, quorum aliquot specimina supra produxi-  
 mus, sponte suâ corrui jactata illius divina illuminatio  
 & autoritas, argumento sumto à pari, nempe à miracu-  
 lis, quoad speciem etiam pro divinis habitis; si non ad  
 veritatem probandam sunt facta, tunc non Deo, sed Dia-  
 bolo adscribenda sunt, juxta Trithemium l. 8. quæst. ad  
 Maximil. Cæs. q. 3: *Ubi veritas non colitur, si quæ sunt mira-  
 cula, non Deus, sed Diabolus operatur: Deus enim cum sit veritas,  
 religiones falsas non instituit.* Pari modo ad doctrinas falsas  
 neminem divinitus illuminat.

II. Nec tanta est fanatica hominis cognitio, & pro-  
 funditas, quæ consideratis circumstantiis immediatam  
 à Deo illuminationem arguit.

Nam 1. quis dubiter de naturali *ἐνφύια* ingenii Boc-  
 mi ad res penitus apprehendendas & meditandas, quæ,  
 dum adolescit, prout occasiones objectorum ei se dant,  
 sæpius sine magistris mirificè se exserit & exercet.

Nec 2. Ea cognitio est certa & solida, tantùm rebus  
 divinis innexa, sed varia, vaga, ἀλλοπερίσταλλα, modò de  
 cælo, modò de terrâ, modò de Deo, modò de homine,  
 modò de Angelis, modò de Diabolis, modò de Luce,  
 modò de tenebris, modò de vitâ, modò de morte, & de  
 quibus rebus non? tam intricatè, tam verbosè, & obscu-  
 rè differens, ut dubium sit, an seipsum semper intellexe-  
 rit; tanquam unus ex illis, qui ex omnibus sunt aliquid,  
 & in

& in toto nihil: quod illius titulus innuere videtur, quô se scribit & profitetur *Teutonicum Philosophum*.

Nec 3. putandum est, eum planè sine mediis ad suam qualemcunque cognitionem rerum divinarum & humanarum pervenisse, quod ad Theologica, tum Physica, Chymica, & Astrologica attinet. Ipsemet in libello JEHI OR pag. 66. fatetur se omnem suam utriusque generis cognitionem hausisse ex sacrâ Scripturâ, ubi ait: Und wolle der Leser im H. Ern wissen / daß wir unsere Weißheit / es sey in den natürlichen / oder geistlichen / auß der H. Schrifft erlernet und erkennet haben / und nicht aus Menschlichen Büchern und Weißheit; dann die H. Bibel zeigt uns zu aller Weißheit / und haben wir uns in 24. Jahren keines andern Buchs gebraucht die Weißheit zu erforschen / dann allein desselben. Unde immotum argumentum, ejus illuminationem & cognitionem fuisse mediatam per lectionem Scripturæ Sacræ. Quanquam etiam in hoc montrosè mentiatur, quod tam superabundantem thesaurum cognitionis & sapientiæ ex solius Scripturæ lectione sibi comparaverit. Quærimus, quomodo ex solâ historiâ, cortice & mutâ literâ, pro quâ Scripturam habet? Quærimus, ex quibus libris & capitibus naturalium, quam jactat, rerum, Chymicarum, Astrologicarum hauserit scientiam? Ubinam Spiritus Sanctus agat de Sale, Sulphure & Mercurio, Chymicorum principiis? Ubi de Saturno, Jove, Marte, Mercurio, Venere, juxta magna luminaria de stellis erraticis; & ita de aliis rebus physicis adhuc multis? Unde consequens est, non sola Biblia Sacra, sed & longè alia volumina adminiculavisse illum, quorum ne se ut forex prodat, non ausit meminisse, nempe volumina Theophrasti, Schwenckfeldi, Weigelii, quorum in libris suis meminit, & aliorum ejus furfuris autorum, quos

quos in succum & sanguinem vertit, eosque ut suprâ de Schwenckfeldio & Weigelio audivimus, singulari encomio ornat: Quî ergò illum pro immediatè à Spiritu S. illuminato habeamus?

Nec 4. deessent exempla virorum tam plebeorum, quàm plebeum se fuisse professus fuit Boemus, eidem etiam ex parte in mechanicis ὀμότεχνον; qui solo remigio ingenii ἐνφύιας, nullo Gymnasio viso, non tantùm in Poesi Teutonicâ, sed etiam in Chymiâ, Astronomiâ & Astrologiâ publicis scriptis tam inclaruerunt, ac Boemus multiplicatis suis libris inclaruit: Verùm quotusquisque est, qui eos exinde pro θεοπνεύστis habuit?

Quod denique ad ecstasin ejus attinet, intrepidè arguimus, si per eam fanatica hæc, quæ profiteretur, ἀκρίσματα ei fuerunt repræsentata, fuisse eam raptum melancholicum, non illuminationem divinam. Legatur *Quadrupartitum Melancholicum* Casparis Marucii, Nobilis Lucensis, & inveniet, quid possit iste morbus, præsertim si est hypochondriacus, in afficiendis & torquendis hominum animis. Quid? si etiam Boemo tale quid in suâ ecstasi obvenisset, ut, quod fuit physicum, putaverit esse divinû. Nolimus eum arguere Spiritus istius Sacramentarii, dictantis ei, τὸ EST tantundem esse, ac SIGNIFICAT, de quo nesciebat, *albus ne, an ater fuerit*. Quamdiu veritas vim non patitur, charitas judicet! Seria interim increpatio Apostoli, nobis præprimis, qui causam fidei polemicè tractamus, cum timore & tremore ob oculos versetur: *Eò quòd charitatem veritatis non receperunt, ut salvi fierent; idè mittet eis DEUS operationem erroris, ut credant mendacio, ut judicentur omnes, qui non crediderunt veritati, sed consenserunt iniquitati; 2. Thess. 2. v. 10.*

F I N I S.

La 2897 QK

WPA



Q.K. 148, 17.

~~xix~~

PROPEMATICUM  
THEOLOGICUM

De

SCRIP  
JACOBI BO

AltSeidenburg/ di  
Philosoph

Latum, & sub suo præ  
tandum propo

à

TOBIA WA

SS. Theol. Doctore, Un  
genfis Cancellario,  
Præposito



Die Jul 3

RESPONDE

M. JOHANNES FRIDERICUS  
Tubingensi; SS. Theol. S  
Stipendi

TUBIN

Typis JOHANN-HEINRICH

Anno MDC LXX

810

607

